

INCIPIVNT EXCERPTA QVAEDAM EX SYNODALIBVS GESTIS SANCTI SILVESTRI PAPAЕ. CAP. I

1. *Temporibus* sancti Silvestri papae et Constantini piissimi augusti, *factum est* magnum concilium in Nicea Bithiniae, et congregati sunt regulariter eiusdem Silvestri papae vocatione in idipsum CCXVIII episcopi catholici, qui exposuerunt fidem integram catholicam immaculatam, et dampnaverunt Arrium et Fotinum Sabelliumque atque sequaces eorum. Eodemque tempore et XIII Kalendarum Iuliarum die, quando memoratum concilium magnum in Nicea congregatum est, canonica iam facta papae vocatione in urbem Romam congregavit et ipse cum consilio praefati Constantini augusti CCLXVII episcopos, et damnavit iterum tam Calistum quam Arrium et Fotinum atque Sabellium, et constituit ut presbyterum Arrianum resipiscentem non susciperet, nisi episcopus eiusdem loci eum reconciliaret, et sacrosancto chrismate per episcopales manus impositionem Sancti Spiritus gratia, qua ab hereticis dari non potest, confirmaret.

2. In qua etiam consensu subscriptione omnium constitutum est, ut nullus laicus crimen clerico audeat inferre, et ut presbyter non adversus episcopum, non diaconus adversus presbyterum, non subdiaconus adversus diaconum, non accolitus adversus subdiaconum, non exorcista adversus accolitum, non lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem, det accusationem aliquam. Et non dampnabitur praesul nisi in LXX duobus, neque praesul summus a quoquam iudicabitur; quoniam scriptum est: "Non est discipulus super magistrum." Presbyter autem cardinalis nisi in XLIII or testibus non dampnabitur; diaconus cardinalis constructus urbis Romae nisi in XXVI non condempnabitur; subdiaconus, accolitus, exorcista, lector, hostiarius, nisi, sicut scriptum est, in VII testibus non condempnabitur. Testes autem et accusatores sine aliqua sint infamia, uxores et filios habentes, et omnino Christum praedicantes.

3. Testimonium clerici adversus laicum nemo recipiat. Nemo enim clericum quemlibet in publico examinare praesumat nisi in ecclesia; nemo enim clericus vel diaconus aut presbyter, propter quamlibet causam intret in curiam, nec ante iudicis cinctum causam dicere praesumat, quoniam omnis curia a cruore dicitur et immolatione simulachrorum. Et si quis clericus accusans clericum in curiam introierit, anathema suscipiat.

4. Hoc inter cetera in praedicta consulta omnium constituit synodo, ut sacrificium altaris non in serico panno, aut tincto quisquam celebrare praesumeret, sed in puro lineo ab episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato atque con-

9 facta] factis before correction 11 Calistum] calisti before correction 12 Arrianum] arrium before correction nisi ... eiusdem] over erasure 13 episcopales] episcopalis before correction 15-19 In ... aliquam] Quod presbiter non det accusationem adversus episcopum nec diaconus adversus presbiterum rubric added in margin 15 consensu] consensus before correction 19-20 Et ... duobus] Quod praesul non dampnetur nisi in LXXII duobus [sic] et presbiter nisi in XLIII testibus rubric added in margin 20 non] added in margin 33-37 Hoc ... fuit] Ut nullus praesumat sacrificium altaris nec in serico nec tincto pano celebrare rubric added in margin 35 atque] over erasure

3-16 Temporibus ... inferre: *Lib. pont.* 34, Silvester, 4-6 (47:18-50:1) 16-26 ut ... praedicantes: *Const. Sylv.* (236-238: 105-115) 27-32 Testimonium ... suscipiat: *Const. Sylv.* (244: 187-193) 33-44 constituit ... episcopis: *Lib. pont.* 34, Silvester, 7-8 (51:1-52:8)

15-25 ut ... condempnabitur: CD 55 [r] 15-28 ut ... ecclesia: CD 7-10 [r]

texto, *sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone linea munda sepultum fuit.*

5. Et si quis desideraret in ecclesia militare, aut proficere, ut esset prius hostiarius, deinde lector, et postea exorcista per tempora quae episcopus constituerit, deinde *accolitus annos .V. subdiaconus annos .V., custos martyrum annos .V., diaconus annos .V. presbyter annos .III. probatus ex omni parte* in tantum ut *etiam ab his qui foris sunt testimonium habeat bonum, unius videlicet uxoris virum* quae tamen a sacerdote sit *benedicta, et si probatus fuerit dignus, et vota cleri et populi occurrerint canonice episcopis consecretur.* 40

6. Quem postea nec clerus, nec populus *PERTURBARI DEBET; QUIA* episcopi *QUI THRONI DEI VOCANTUR* non sunt lacerandi, sed magis portandi et venerandi. De quibus ait beatus Paulus apostolus: “*Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem.*” Legimus namque ipso Domino dicente *non esse discipulum super magistrum*, hoc est, non sibi debere quemquam ad iniuriam doctorum iudicare doctrinam, nec aliqua machinatione Domini discipulos, id est, apostolorum successores, detrahare et infamare, *QUIA INIURIA doctorum AD CHRISTUM PERTINET, CUIUS VICE LEGATIONE FUNGUNTUR. Qualiter enim Dominum contristent, qui haec agere praesumunt, Dominicus in evangelio sermo testatur. Ait enim ipse salvator quod expediat scandalizanti unum de pusillis istis in maris profunda demergi, et mola asinaria collo eius suspendi.*” 45 50 55

7. Si talis ergo poena hic Domini discipulos scandalizantibus promittitur, quid in futuro eis provenire debeat summopere pensandum est, quoniam non parum periculi illis manere poterit ante Dominum, qui haec detrectent suis exhibere ministris? Quod ita demum probare poterit, si Deum timeant qui talia exercere minime formidant, si inpositos sibimet inprobo silentio a talibus se deinceps custodiant, quia *NIHIL PRODEST HOMINI* reliqua bona agere, *NISI MENS AB INIQUITATE REVOCETUR, ET AB OBTRACTATIONIBUS LINGUA COHIBEATUR. UNDE AIT PROPHETA: “COHIBE LINGUAM TUAM A MALO, ET LABIA TUA NE LOQUANTUR DOLUM, DIVERTE A MALO ET FAC BONUM.” NEMO ENIM BONUM FACIENS, ALTERI VERBO AUT FACTO NOCERE VULT, et reliqua.* 60 65

38–44 militare ... consecretur] Quo ordine debeant clerici ad gradus ecclesiasticos ascendere *rubric added in margin* 43 si] *sicut before correction*

45–46 perturbari ... vocantur: Tol. XI, c. 5 (*Hisp. Gall. Corb.*) 47–48 Seniorem ... patrem: 1 Tim. 5:1 48–49 non ... magistrum: Matt. 10:24 51–52 quia ... funguntur: Aachen 836, c. 48? (718:31-2). Also Jonas, *De inst. reg.*, 2 (181) and 2 Cor. 5:20. 52–54 Qualiter ... demergi: Cel. I, JK 382 (*Hisp. Gall. Corb.*) 54–55 expediat ... suspendi: Matt. 18:16 61–62 nisi ... cohibeatur: Leo I, *Tract.* 42 (a), 2 (240:43-46). 63–64 Cohibe ... bonum<sup>1</sup>: Ps. 33:14, 15. 64–65 Nemo ... vult: *Cfr* Sextus, *Sent.*, 302, 213 (47, 37).

45–46 perturbari ... vocantur: BL 2.104, 357; 3.156 [p]. Also Ps. Stephen, JK †131 (186:14-15); Ps. Felix II, JK †230 (488:16-17); Ps. Gregory, JE †1334 (750:22-23) [all p]. 51–52 quia ... funguntur: BL 1.322b (similarly also 2.99): “...quia destractio sacerdotum ad Christum pertinet, cuius vice legatione funguntur in ecclesia” [s?]. BL 3.462: “...quoniam iniuria episcoporum ad Christum pertinet, cuius vice funguntur” [s?]. See also BL 3.390 rubr and 3.390a [p?]; BL Add. 4.8 [p]; Ps. Anacletus, JK †2 (68:1-2); Ps. Anacletus, JK †3 (77:26-7); Ps. Evaristus, JK †21 (91:11-12); Ps. Lucius, JK †123 (175:31-32); Ps. Eusebius, JK †165 (239:11-12); Ps. Damasus, JK †243 (506:9-10); Ps. Gregory, JE †1334 (750:27-29) [all p]. 52–54 Qualiter ... demergi: Ps. Melchiades, JK †171 (243:3-6) [s? p?] 61–65 nihil ... reliqua: Ps. Pius, JK †43 (117-8:29-3) [s] 64–65 Nemo ... vult: BL Add. 4.8

8. *Hic* in memorato *constituit* omnium cum consensu synodo, *ut nullus presbyter missas celebrare* praesumat, *nisi* in sacratis ab *episcopo locis* qui sui particeps de caetero voluerit esse sacerdoti et pietatis effectum.

70 9. *Hic* sanctissimus papa *sub gesta synodica revocavit* apostolica auctoritate multos ab aliis *episcopis* excommunicatos et a tyrannis eiectos *ad communionem, et restituit* eos in *ecclesiis* quibus fuerant olim instituti *sub satisfactione libelli* atque *purgatos* eos *recepit*, dans exemplum futuris eruendi sacerdotibus de persecutorum manibus. 183va

75 10. *Constituit* etiam *nulla ratione transmarinum hominem* penes nos *in clericatus gradu suscipi, nisi quinque episcoporum designatus* sit *cyrographis*.

67–68 particeps] participis before correction 72 eruendi] erudiendi before correction 75 gradu] gradus before correction cyrographis] cyrographus before correction

66–67 Hic ... locis: *Lib. pont.* 40, Siricius, 2 (85:8-10). 69–72 Hic ... recepit: *Lib. pont.* 41, Gelasius, 2 (116:7-10) 74–75 Constituit ... cyrographis: *Lib. pont.* 42, Anastasius, 2 (87:6-9)